



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

33. Testimrnum[sic!] Senatûs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

serperet per Urbem & civem passim
depasceretur pestis, aut alia periculo-
sa contagio, posthabito quovis vita pe-
riculo constanter adstiterint, juverintq;
remedii, & animæ & corpori op-
portunis.

1654.

Id denique sperent, laboraturam
Catholicam Urbem, & tantâ ubiq; ter-
rarum famâ celebratam, ne apud ex-
teras, vicinâsque gentes & charissi-
mam in primis posterorum memoriam
parta laus patiatur, audiâtque cum
immortali suo dedecore aliquando, de-
dice maculam in gloriâ suâ.

Quò verò etiam testatior esset Pa-
trum innocentia, subjunxere testimo-
nium, quod ad Societatis preces paucis
diebus antè largitus erat Senatus Mona-
steriensis tenore subsequente.

Nos Consules ac Senatores Urbis Mo- 33.
nasterij Westphaliae præsentibus hisce Testimo-
litteris notum facimus, Posteaquam nium Se-
Nonis Octobribus labentis anni e præ-natus
toriâ cohorte Celsissimi Principis milites Urbici
aliquot in Decani Mallingcrotij curiam de Patriæ
armati penetrârant, exorto tunc in innocen-
Urbe tumultu, profigatores quosque tiâ.
ex officinis opificum & face plebis (quod
per errorem opinarentur, Patres So-
cietatis JESU militibus per hortum
Collegit viam aperiisse, iisdemq; navi-
O gium

1654.

gium mutuatos, ac dein reversos in Collegium recepiſſe, imo & in hoc negotio occulte & aperte consilio & auxilio adfuiſſe) impetu in Collegium facto, opprobria, damna, aliasque excusis etiam fenestris insolentias cumulatāſſe. Insperatum autem iſtius facinoris rumorem, confectā jam turpiter re, prius ad Nos delatum, nihilominus curam Nobis imposuifſe, ut audaciam furentis vulgi fitterimus. Interim Patres Societatis Nobis supplicarunt, ut publicum ipſis innocentiae testimonium impertiri dignaremur, quo poſſent ſinistras multorum ſuſpicioſes elidere, & tam apud rerum ignaros, quam aduersus malevolorum obtrectationes nominis ſui exiſtimationem tueri.

Cum itaque muneri noſtro incumbat ad preces cuiuscunq; cumprimū vero Patrum Societatis, compertissima veritati ſuffragari, utpote qui anni amplius ſexaginta tum erudiendā hanc in Urbe bonis artibus ac disciplinis, perpoliendāque noſtrā juventute, tum ſacris etiam concionibus, cæterāque ad populum doctrinā, & præclaris virtutum exercitiis, insigni quoque religioſa vita exemplo, ingentes Reip. fructus & utilitates attulerunt, atq; ideo longè alia, & grati in primis animi testi-

testificationem, præquam illa probrā,
injurias ac damna commerentur.

1654.

Hinc palam Orbe universo testa-
mur, nominatos Patres Societatis ob-
jectorum hujusmodi criminum, seu alio-
rum etiam, quæ hanc ob causam à
malevolis quoquo modo impingi possent,
non tantum nullam noxiam sustinere,
sed & illatas injurias, damnaque per
calumniam passos esse; atq; ea propter
sollicitè curaturos Nos, ut quotquot
nocentes deprehendi contigerit, digna
facinore & exemplaris in eos pæna sta-
tuatur. In quorum fidem præsentes
dedimus publico Civitatis Sigillo & Se-
cretarii Nostri manu roboratas. Die XVI.
Novembris. Anno M. DC. LIV.

(L.S.)

BERNARDUS HOLLANDT
Secretarius.

Libellus hic ut primū ad civium ma- 34.
nus devenit, mirum dictu, quām in varia *Vindi-*
de eo judicia abiēre. Non pauci taxare *cias*
stylam, modumque scribendi, è pulvere *plebs*
quasi scholastico prorepentem. Argumen- *criminae*
tum alij partim blanditiarum, partim falsi-
tatis arguere. Non tantum fœcēm vulgi,
sed & civem haud obscure insimulari factio-
nis.

N 2